

dum non adest substitutus, cujus favore nullitas inducitur, ut in presentia ex not. per Rot. dec. 284, n. 10, & seqq. part. 6, rec.

- 14 prohibito alienationis facta Camillo filio, \* ut supra dictum fuit, non egreditur personam illius, ut not. Bald. conf. 304, n. 1, vol. 5, Cagnol. in l. 2, n. 46, vers. secundo principaliter C. de pact. inter empr. & vendit. Tiraq. de retract. convent. §. 1, gloss. 6, n. 25, Roland. conf. 59, n. 28, & 29, lib. 3, Surd. conf. 448, n. 29, & decis. 125, n. 1, & 2.
15 Imò eodem modo expirat, sicut expiravit substitutio, ut advertit Alex. conf. 99, n. 8, & 9, lib. 3, Dec. conf. 136, n. 11, & 12, & conf. 635, n. 17, & 18, Ruin. conf. 136, n. 16, lib. 3, & firmavit Rota coram Seraph. decis. 482, n. 3.
16 Imò eodem modo expirat, sicut expiravit substitutio, ut advertit Alex. conf. 99, n. 8, & 9, lib. 3, Dec. conf. 136, n. 11, & 12, & conf. 635, n. 17, & 18, Ruin. conf. 136, n. 16, lib. 3, & firmavit Rota coram Seraph. decis. 482, n. 3.
17 non autem substitutiones propter prohibitionem, & bene firmavit Rota coram Seraph. decis. 883, n. 2, & seqq. & praesertim n. 5, & 6.
18 pro cujus exclusione \* in dubio pronuntiandum esse firmavit Rot. decis. 279, n. 31, part. 6, recent. & in Avenion. fideicom. 22 Aprilis 1652, coram me.

DECISIO CXIX.

R. P. D. MELTIO.

Romana Hereditatis.

Veneris 4. Maii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Testati causa, facit cessare intestati causam.
2 Testamentum ad pias causas quando dicitur, ad pias causas solemnitatibus sustinere n. 3. Fallit ut n. 4. Ex quibus dicitur perfectum, nu. 6. Perfectum ex quibus dicitur nu. 9. In partibus non cancellatis valet n. 13. Perfectum praesumitur ex illius custodia, n. 16, & 17.
3 Testatoris subscriptio perfectionem testamenti inducit, & n. 10. Dispositio praesumitur perfecta donec de imperfectione doceatur, n. 7. Voluntas perfecta dignoscitur ex verbis presentis temporis n. 8. Voluntas ex arbitrio ipsiusmet viventis eam provalentis colligitur n. 11. Voluntas ex clausula. Actum, dicitur perfecta n. 12.
4 Cassature in aliqua parte testamenti magis eni-

- 18 Testes ex quibus reddantur suspecti. Et Notarius censetur vocati condito jam testamento sine solemnitatibus, ut solemniter celebretur, num. 19.
20 Moratus conf. 6, n. 14, & Peregr. decis. Patavia. 33, n. 15, declarantur.
21 Castill. decis. 59, declaratur.
22 Decis. 576, part. recent. declaratur.

Claudius Duraforte filios non habens manu propria, sed sine Testibus duo condidit testamenta in Actis exhibita. Primum sine die, mense, vel Consule, in quo relictis pluribus legatis heredem universalem nominavit in omnibus ejus creditis Ecclesiam Sanctiss. Sudarii de Urbe: Secundum sub die 24 Januar. 1647, in quo confirmatis, seu repetitis fere omnibus legatis in dicto praecedenti relictis, in residuo integræ suæ hereditatis universalem heredem instituit eandem Ecclesiam, & Societatem Sanctiss. Sudarii quæ istius vigore, expedito mandato de immittendo actualem honorum possessionem assecuta fuit. Verum cum eandem hereditatem Claudius Duraforte junior ex fratre nepos ut proximior ab intestato prætenderet, fuit ad ipsius instantiam per duas vires propositum dubium an illi danda esset immisio, & nunquam capta fuit resolutio. Interim verò, defuncto d. Claudio juniore cum Testamento, in quo heredem suum instituit Gaspar. Moronum; Dubitavi pro tertia vice, an immisio danda esset præfato Morono ex persona d. Claudii, & DD. negativè responderunt.

Commisla enim discussione primi Testamenti carentis die, mense, & anno, dum adest secundum, quod apparet integraliter exaratum, scriptum, atque subscriptum propria Testatoris manu. Utiq; ex isto cessat quæcumque præfata intestati causa, l. quamdiu la 2 ff. de acquir. heredit. l. antequam, C. commun. de success. Bald. conf. 317, n. 3, lib. 1, Rot. cor. Merlin. decis. 41, n. 11. Idque procedit, quamvis d. secundum Testamentum careat testibus, Rogitu Notarii, ac publicatione, quia, cum versetur in Testamento verò, \* ac principaliter condito ad pias causas, ne dum ratione institutionis hæredis ad traditum per Soc. sen. conf. 115, n. 7, vol. 4. Verum etiam ratione legatorum juxta dec. Casl. de Grass. n. 16, de test. Dispositio sustinet etiam sine solemnitatibus Juris Civ. \* ut cavetur in §. nos igitur omnia auth. de test. imperf. l. hac consult. la 2, §. ex imperf. C. de test. & in aut. quod sine C. cod. iii. Qui textus licet loquantur in Testamento inter liberos, tamen habere locum etiam in testamento ad pias causas comprobatur Corn. conf. 307, n. 7, vol. 3, ubi quod sufficit, de voluntate testatoris ad pias causas quoquo modo constet, Menoch. conf. 224, n. 66, ubi de approbata, & magis recepta opinione à qua in judicando non sit recedendum, Tiraq. de priv. pte cause privil. 4, per tot. Clar. in §. Testam. q. 6, n. 1, Mantie. de conjecl. ult. volunt. lib. 6, tit. 3, n. 4. Imò ut circumscripta legitima favorabilior sit causa pia, quam filiorum tenet Alexand. conf. 4, n. 10, & 11, lib. 7. Et hanc opinionem uti veriorem, æquiore, & magis communem amplexa semper fuit Rota, & signanter coram Achil. dec. 1, de testam. coram Cavaler. dec. 553, n. 1, cum duobus seqq. coram Buratt. decis. 475, num. 1, & 2, & bene, ac magistraliter dec. 74, n. 12, cum seqq. p. 2, divers. ubi respondetur argumentis, ac rationibus eorum, qui contrariam sequuntur sententiam, decis. 721, n. 4, part. 2, recent. & fuit latè dictum in Callien. hereditatis 10 Decemb. 1638, & prima Julii

Julii 1639, coram Reverendissimo Terracinen. in Alatrina Testamenti 26. Februarii 1649, coram Rev. P. D. meo Verospio, & in Romana Testamenti 22. Maii 1656, coram Reverend. P. D. meo Decano.

Et quamvis hujusmodi conclusio locum sibi vindicet in Testamento imperfecto ratione fo- lemnitatis, & non ratione voluntatis Rot. in recent. decis. 576. per tot. part. 6. & in dicta Alatrina Testamenti coram Reverend. P. D. meo Verospio sub §. primo. Tamen in proposito casu voluntas exposita in secundo Testamento, visa fuit undique perfecta, quia non continet simplicem minutam præparatoriam, sed dispositionem completam, & consummatam, prævia subscriptione, & quæ dicitur finis, & complementum Testamenti Castrenf. in l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testament. Ruin. consil. 11. in princip. volum. 3. & regulare est quod donec dispositio est in via mutationis, & alterationis, semper subscriptio suspenditur, nec ea apponi fo- let, nisi voluntate plenè evacuata, ut notat Bartol. in leg. si quis cum Testamentum num. 4. ff. de testament. & ibi etiam Castrenf. num. 4. versic. quantum autem ad liberos. Alexand. in l. hac consultissima §. ex imperfecto nu. 3, vers. si Testator Cod. eodem, Menoch. consil. 563, n. 14. Bald. consil. 147. sub nu. 2, lib. 4, quem refert, & sequitur Rota decis. 331. nu. 16, part. 5, recent. & coram Buratt. decis. 475. n. 13.

Præterea voluntatis perfectionem comprobatur ipsamet forma disponentis, in ea enim legitur hæredis institutio, distributio integræ hereditatis, quamplurima legata rationabiliter distributa, electio sepulture, & deputatio executorum suæ voluntatis, & quæ omnia conveniunt præfate dispositioni, cum nihil deficiat de his, quæ apponi solent in ultimis voluntatibus, & dicta dispositio habeat omnes partes veri, & perfecti Testamenti, Alexand. consil. 105. in fine versic. fortius voluit Barthol. & consil. 114. nu. 7, lib. 7. Soccin. jun. consil. 24. num. 1, lib. 3. Honded. consil. 77. num. 11, lib. 1, ubi quod non præsumitur Testatorem voluisse aliquid ulterius disponere Gratian. disceptat. forens. cap. 895. numero 21. & 22. Rota coram Seraphin. decisione 581. nu. 9, & 10, & decis. 173. nu. 1, & 6. part. 2. divers. Et semper voluntas & Testamentum perfecta præsumitur, donec de imperfectione doceatur leg. si quis cum ff. de Testament. Alexand. consil. 105, in fin. lib. 7. Honded. consil. 77. num. 11, lib. 1, versic. Quia non præsumitur. Rot. coram Seraphin. decis. 381, nu. 1. & decis. 623, n. pariter primo.

Colligitur ulterius perfectio dispositionis ex eo, quod Testator disposuit per verba & præfatis temporis Instituo, Lego, Ordino, Mando, & similia, quæ deliberatam disponendi voluntatem præ se ferunt ad text. in §. disponat in athen. de nupt. & ponderatum fuit in Prænestina hereditatis 14. Martii 1618. coram sanct. mem. Innocentio X. & in eadem coram Buratt. decisione 475, num. 10. Addito etiam, quod dum Testator in Apostillis in margine Testamenti appositis, adiecit verbum Approbo cum subscriptione ejus nominis: Inde magis inferitur animus Testatoris habendi & pro perfecto dictum Testamentum, cum alijs frustratorum omnino fuisset approbare id quod Testator pro non disposito habebat l. ejus qui in Provincia §. quod si stipulatus, ff. si certum petatur. Rot. in recent. Decisiones ad Tract. de Alim.

decis. 108. nu. 13. part. 7. Et illa nominis proprii appositio, & atque subscriptio perfectionem Actus importat, & consummationem Bald. consil. 147. sub num. 2. lib. 4. Rot. in recent. decis. 331. num. 16. part. 5.

Confirmantur prædicta ex eo quod hujusmodi dispositio, prout Testes deponunt, apparet esse conformis declarationi sæpius factæ per eundem Testatorem in vita sua relinquendi scilicet sua bona Confraternitati Sanctissimi Sudarii; Ex arbitrio & enim viventium assequimur voluntatem defunctorum leg. Quoniam, Cod. de conjecl. ultim. volunt. lib. 3. tit. 2. n. 6. Rot. coram Seraphin. decis. 581. num. 4.

Demum quod DD. multum movit ad habendam hujusmodi dispositionem pro perfectâ, & non præparatoriâ, fuit declaratio emissa ab ipsomet Duraforte Testatore, quod nempe revocabat quodcumque aliud Testamentum, & volebat istud cæteris prævalere, quodque cense- retur conditum cum omnibus clausulis quibus Juris-Consulti utuntur pro majori firmitate Testamentorum; Hujusmodi namque clausulæ designant enixam, & omnimodam voluntatem sustinendi dictam dispositionem. Menoch. consil. 224. num. 2. lib. 3. Cephal. conf. 99. num. 23. versic. secus in casu nostro volum. 1. Et æquipolent clausulæ Actum, Caball. consil. 106. num. 31. Rot. coram Buratt. dicta decis. 475. in fin. & in Callien. hereditatis 1. Julii 1639. coram Rev. Terracinen.

Neque obstant, quæ pro imperfectione voluntatis ponderabant ab Informantibus pro parte Moroni, & primò, quod in Testamento ad sint nonnullæ lineaturæ, & Cancellationes, quia cum illæ non respiciant partem substantialem, & institutionem hæredis, sed solum quædam legata, aliaque accessoria, illa non efficiunt, & Testamentum & in Partibus non Cancellatis remanet firmum, ut bene distinguendo tradunt Bald. Alexand. & alii plures, quos allegat Zuc- card. in leg. fin. nu. 4. Cod. de edict. Div. Adriani toll. & probat text. in leg. cancellaverat, ibi: Siquidem unius ex hæredibus nomen induxerim, sine dubio certam partem Testamenti valere, & ipsi soli Actiones denegari, & paulò infra ibi: Cæteris nihil nocebit inductio, ff. de his, quæ in Testamento delentur leg. Tributus la 20. §. cum ali- quis, ff. de militar. Testamenti. Oldrad. consil. 44. num. 3. in fin. versic. Si verò actus. Cravett. consil. 228. nu. 1. post med. versic. ubi etiam, Menoch. consil. 48. nu. 10. Decian. consil. 91. n. 13. versic. & Cancellatio lib. 3. Mantie. de conjecl. ultim. volunt. lib. 12. tit. 1. nu. 31. in fine, versic. & ita, Clar. lib. 3. §. Testamentum quæst. 93. n. 2. in fin. versic. quod ita, Cyriac. controvers. 244. n. 45. versic. Necessè ex dicta Cancellatione. Rot. in recent. decis. 713. nu. 13. part. 1. & coram Eminen- tissimo Dom. Cardinali Orthobono inter ejus impress. decis. 244. nu. 8. & decis. 271. nu. 9. Et fuit dictum in Eugubina celebrationis Missarum 26. No- vembri 1650. coram me, §. neque fidem Instru- menti. Imò ipsamet cassaturæ arguunt magis enixam & Testatoris voluntatem in non cassatis, atque deletis, leg. proximè, Digestis de his, quæ in Testamento delentur. Bartol. in leg. final. numero 14. Codice de edict. Divi Adriani tollen. Idque facilius dum dictæ Cancellatio- nes apparent factæ manu ipsius Testatoris, & in scriptura Originali, ac privata ab eo confecta, quam sæpè mutari, & cancellari, f 3 ut



ut propositum disponentis melius exprimat, notum est in praxi, & ponderavit etiam ad hunc propositum Rot. in recent. decis. 276. n. 6. part. 2. & decis. 122. n. 29. & 39. part. 4. tom. 2. ubi quod alia quælibet originalis scriptura de facili vitiatur.

Eadem responsione tolli visum fuit obiectum de pluribus additionibus, quæ in margine Testamenti, & post subscriptionem leguntur, & quia omnes apparent conscriptæ manu ipsius Testatoris, & consequenter venit illis præstanda fides ad tradita per Bald. in Rubric. Cod. de fid. instrument. num. 2. Alexand. consil. 59. nu. 5. versic. non obstat. lib. 2. & consil. 14. nu. 35. lib. 6. Cravett. consil. 88. Castrenf. consil. 131. n. 2. versic. si constat lib. 2. Rot. decis. 122. n. 8. part. 4. tom. 2. recent.

Minus argui potest imperfectio voluntatis, ex dilatione consignandi scripturam Notario, ex deturpatione ejusdem scripturæ, & ex negligentia loci in quo reperta fuit, scilicet immundi, & ubi Testator comestibilia servare solitus erat. Hæc enim omnia visa fuerunt inefficacia ad arguendam imperfectiorem voluntatis, siquidem dilatio consignandi scripturam Notario contingere potuit, vel ex solito Testatorum, qui hunc actum ad ultimum vitæ spiritum differre solent, vel quia sciret suum Testamentum tanquam favore pæ causæ factum sine publicatione, & aliis solemnitatibus Juris Civilis fulneri.

Non etiam deturpatione, cum & ipsa causari potuerit ex diuturnitate temporis, & nimia illius contrectatione.

Conjectura verò imperfectiorem voluntatis ex negligentia loci, ubi Testamentum servabatur, cessat ex facto cum Testes deponant illud fuisse retentum sub clavi in ejus scamno, vel pulpito, ubi secretiora, & pretiosiora custodiebantur. Unde potius insurgit contraria conjectura, & quod scilicet ex custodia tanti temporis in loco adeo tuto præsumatur matura deliberatio, & perfecta voluntas Testatoris, ut admonet Jason. in authent. quod sine num. 1. Cod. de testament. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 7. nu. 5. lib. 4. & consil. 224. n. 67. & consil. 267. nu. 15. Mascard. de probat. conclus. 402. nu. 2. Gratian. discept. forens. cap. 235. nu. 19.

Neque hujusmodi præsumptio tollitur ex eo quod post obitum Testatoris folia in quibus descripta erat dicta ejus voluntas reperta fuerint separata, & inter chartas, sive scripturas lævis momenti. Quia cum id non contigerit vivo Testatore, sed eo defuncto in aperitione pulpiti casualiter & ex incuria mandatarii confraternitatis Sanctissimi Sudarii hæredis institutæ cui Testator Claves consignaverat, ut deponunt Testes, utique, nullum exinde oriri potuit præjudicium, ut probat text. in leg. Puplicati la secunda. Ubi quamvis ipsa materia in qua primum à Testatore scriptum, relictum fuit casu, qui probatur C. de testam.

Non etiam refragari visa fuit declaratio Testatoris, quod vellet condere Testamentum, & Actualis vocatio Notarii pro eo condendo, ex quibus Informantes pro Morono inferebant, quod Testator non habuerit præcedentem dispositionem pro perfecta, aliàs frustratorium fuisset velle condere aliud Testamentum, Domini enim ultra quod pro responsione animadvertent, quod Testes de dicta declaratione, &

vocatione Notarii deponentes partiuntur exceptiones Personales, & signanter Quintus, qui deponit se fuisse rogatum à Testatore pro rogatu Testamenti, redditur suspectus propter verisimilem aversionem, quam habere potuit erga controversum Testamentum, cum in eo apparent deleta plura legata sibi, & ejus filio, ac Ecclesie Nationali, antea relicta; Ex tali namque possibili aversione erga Testamentum, & Testatorem, minuitur illius fides, ita ut non sit idoneus, & omni exceptione major, prout requiritur ad impugnandum Testamentum, ut in specie consuluit Alexand. consil. 146. nu. 3. lib. 5. ubi quod ad hunc effectum redditur inhabilis ex præponderantia affectionis in unam partem, & sequitur Rot. in recent. decis. 34. nu. 5. part. 4. Et ex eadem ratione, redditur suspecta fides aliorum Testium, cum, & illi nimiam præ se ferant propensionem erga personam Claudii ex spontanea ipsorum oblatione pro examine, aliisque per eos gestis pro infringendo hujusmodi Testamento.

Fuit ulterius pro remotione hujus obiecti consideratum, quod admittitur etiam probatione dictæ declarationis, & vocationis Notarii; Adhuc declaratio Testandi intelligi possit de Testamento & solemnitate, hoc est, de publicando factum cum solemnitatibus Juris Civilis, quæ propterea non excludit perfectionem voluntatis ex privata scriptura, & perfecta elicitam, ut in puncto advertit Ruin. consil. 1. numero 22. ad med. versic. vel est dicendum lib. 2. & bene distinguendo Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 895. nu. 21. cum duobus sequentibus. Et ad eundem effectum censetur vocatus Notarius, non ut Testamentum conderet, sed ut conditum in meliorem, ac solemniorum formam pro faciliiori probatione redigeret, & redactum publicaret, ex cujus defectu non oritur imperfectio aliqua voluntatis, sed solemnitatis tantum, ut tenet Alexand. consil. 114. nu. 7. lib. 7. Cephal. consil. 99. nu. 8. Crass. in §. Testamentum quest. 7. Gratian. dicto cap. 895. nu. 21. cum duobus sequentibus. Paris. eodem §. Testamentum quest. 7. Rot. coram Seraphin. decis. 581. n. 21. cum duobus, & novissime pluribus aliis cumulatis Modern. Cusentin. de Juribus Patr. potest. part. 2. cap. 8. nu. 63. & 64.

Neque refragantur DD. allegati pro parte Moroni, nam Morottus & consil. 6. nu. 14. loquitur in casu quo Testator in eadem scriptura declaraverat se velle testari coram Testibus adhibitis, & rogatis, & ore proprio nominandis, quodque intendebat in scriptis redigi suum nuncupativum Testamentum, pluraque concurrentia quæ suspensionem voluntatis convincebant, Peregrin. de Patavim. 33. nu. 15. loquitur in Testamento non scripto manu Testatoris, sed Notarii contra quod magis urget dilatio publicandi, cum tali casu videatur per eum electus modus testandi per Notarium.

Castill. decis. 59. ponderat, quod Testator recuperaverat testamentum Notario traditum, illudque disfigillaverat, & aperuerat, nec curaverat illud amplius claudere, quæ erant nimis clara signa mutationis primæ voluntatis.

Decisio 576. p. 2. recent. Loquitur in casu in quo non solum deficiebant testes, sed ulterius scriptura carebat die, mense, & anno, non erat scripta manu Testatoris, sed Notarii, & verba erant concepta per tempus de futuro, consequenter expectabant

expectabant perfectionem voluntatis in futurum ibi. Che il Notaro si rogara del d. testamento sia obligato, &c. Quæ verba important præparationem ad testamentum, sed non dispositionem ipsius testamenti.

Demum levis momenti habita fuit pro imperfectiorem voluntatis conjectura illa deducta ex nulla mentione facta in testamento de nepote, quem supponitur Testatorem vero affectu dilexisse; Quia ultra alias responsiones ab informantibus pro venerabili Archiconfraternitate datas, visum fuit, & illius personæ rationabiliter provisum fuisse in legato annuo scutorum centum relicto ejus Patri pro suis, & propriæ familiæ indigentis.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit, &c.

## DECISIO CXX.

R. P. D. MELTIO.

Anconitana Salviani sen Domorum.

Veneris 11. Maii 1657.

## SUMMARIUM.

- 1 Dote in constituenda quæ inspiciantur, & n. 7. In arbitrandis, solum familiæ attenditur, n. 6.
- 2 Paupertas post decoctionem detegitur, de tempore præciso est probanda, n. 8. Ab effectu probatur, n. 9.
- 3 Debitor post decoctionem nihil potest facere in præjudicium creditorum.
- 4 Actiones decocti transeunt in ejus creditores.
- 5 Dos scutorum 1500. Anconæ dicitur congrua.
- 10 Probatio per evidentiam facti superlativa.
- 11 Appellari potest à sententia illius habita novitia.
- 12 Citari debet habentes interesse principaliter in causa.
- 13 Fideicommissum si sine filiis expirat gravato decedente cum filiis. Amplia ut nu. 14.
- 15 Filii in conditione positi non censentur vocati. Fallit ut n. 17. Ex compendiosa non dicuntur vocati, n. 20. Ex legatis perpetuis non censentur vocati, nu. 21.
- 16 Statuto cessante intrat jus commune.
- 18 Vocatio filiarum post conditionem si sine filiis, & earum filiarum intelligitur per vulgarem.
- 19 Digressus ad plures substitutionum gradus non consideratur ubi unus, aut duo gradus contemplati apparent.
- 22 Reverso quoties disponitur jus hereditarium non autem personarum consideratur.
- 23 Descendentes in conditione positi, ut dicantur vocati leviores conjecturæ suffiunt. Declara ut nu. 24.
- 25 Legitima fideicommissi gravari nequit, & nu. 26.
- 27 Alienata per gravatum imputantur in legitimam, nec possunt per fideicommissarios revocari.

Non obstantibus adductis ab informationibus pro DD. Joanne Baptista Balistrerio & Joanne Molinario, contra decisionem emissam in hac causa sub die 24. Aprilis 1654. coram bonæ mem. Peutingerio, ex qua resolutum fuisse apparet constare de bono jure Catharinæ, & Magdalene fororum de Franchis ex capite excessus do-

tis constitutæ Elisabethæ filiæ Marci Jovittæ in scutis 4000. & ex causa legitimæ debitæ Marco in bonis Angeli ejus Patris, dum sub hac die ad trutinam fuit revocata d. decisio DD. placuerunt illius fundamenta, & propterea in ea persistendum esse declararunt.

Excessivitas autem d. dotis fuit visa satis clara. Quia in dote constituenda filiæ cum inspicienda sit qualitas personarum, & honorum quantitas, & nec non consuetudo regionis, atque exemplum aliarum mulierum ab eadem familia nuptiarum, ut Rota firmavit coram Pen. decis. 595. n. 1. & fuit resolutum in Rom. fideicommissi de Lancellotis 14 Junii 1615. §. ceterum coram R. P. D. meo Zgrate, non potuit constitui Elisabethæ filiæ Marci dos in scutis 4000. etiam ut volunt Balistrerius, & Molinari, nam ipse uti Mercator ære alieno valde gravatus, atque decoctus reperiebatur detentus in carceribus dicto tempore constitutionis hujusmodi dotis ad instantiam suorum creditorum unde detecta manebat ejus paupertas, & res non erant amplius in statu primævo, ut declarat Gratian. discept. forens. cap. 708. nu. 24. & sic non potuit aliquid fieri & in præjudicium suorum creditorum, Bald. cons. 3400. & 432. lib. 1. Gratian. cap. 537. nu. 11. Imò omnes illius actiones & transferant in creditores ad textum, in l. item si unus ff. de recept. arbitr. & in l. qui bonis ff. de cess. bon. Rota coram Buratt. decis. 9. & per consequens neque constitui tam ampla dos D. Elisabethæ maxime quia illa, tam respectu constitutæ, quam quantitatis bonorum detegebatur excessiva, prout etiam talis erat ratione consuetudinis loci & familiæ illorum de Jovitis, nam in Civitate Anconæ & etiam inter Nobiles jam fuit decimum congruam dotem esse scutorum 1500. ut in Anconitana dotis 5. Junii 1651. coram R. P. D. meo Decano, ubi in terminis tractabatur de arbitrandis dote deducenda ex bonis fideicommissi obnoxii, quo verò ad consuetudinem familiæ demonstratur Angelum Jovitem Patrem Marci dedisse dotem Fiordeligiæ ejus filiæ non excedentem sum. scut. 900. cui licet in suo testamento reliquerit legatum scutorum mille, non tamen voluit, quod de illis ea disponere posset præterquam de scutis 500. alia verò restituerentur Marco ejus filio, & hæredi, & sic quatenus etiam dictum legatum cedere debuisset in augmentum dictæ dotis, in totum fuisset de scutis 1400. unde semper remanet excessiva dos Elisabethæ scut. 4000. ut bene firmatum fuit in decisione, quæ revidetur sub §. nam subsidium, nihil est enim, quod magis deferviat & pro arbitrandis dote foemine dotandæ, quam familiæ solitum, ut monet Bald. novell. de dot. part. 5. privileg. 26. col. 8. tit. 2. Decian. cons. 17. n. 3. lib. 2. Menoch. cons. 251. nu. 10. Rota decis. 484. nu. 9. eadem part. 5. recent. tom. 2.

Non obstat, quod informantes pro Balistrerio & Molinario præsupponant Angelum d. Mariæ Patrem fuisse valde divitem, ac habuisse capitale scutor. 4000. atque ita illius ratione non fuisse excessivam dotem Elisabethæ assignatam in dictis 4000. Quia quicquid sit de hoc opulento capitali, cum testes inducti ad illius probationem testentur solummodo illum habuisse quædam pauca stabilia, & nihil concludant quoad illorum valorem; est animadvertendum, quod de tempore constitutæ dotis Elisabethæ illud adeo diminutum fuerat, ut ad nihilum fere redactum remaneret, & propterea illius creditore, qui ab eodem debitam satisfactionem reportare non poterant